BIBLIA LATINA, BD. 1

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.

Seite 250v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

semeie prophete et addo videntis
et diligenter exposita. pugnavitque
adversum se roboam et ieroboam
cunctis diebus. Et dormivit robo
am cum patribus suis sepultusque
est in civitate david et regnavit ab
ia filius eius pro eo. XIII

Anno xviii regis ieroboam
regnavit abia super iudam.
tribus annis regnavit in
ierusalem. nomenque matris eius micha
ia filia urihel de gabaa. Et erat bel
lum inter abiam et ieroboam. Cumque
inisset abia certamen et haberet belli
cosissimos viros et electorum xl milia
virorum. ieroboam instruxit contra
eum aciem. cum lxxx milia. qui et
ipsi electi erant et ad bella fortissimi.
Stetit igitur abia super montem seme
ron qui erat in ephraim et ait. Audi
ieroboam et omnis israel. Num igno
ratis quod dominus deus israel dedit
regnum david super israel in sempiternum
ipsi et filiis eius in pactum salis. Et sur
rexit ieroboam filius nabath servus
salomonis. Porro roboam erat ru
dis et corde pavido nec potuit resis
tere eis. Nunc ergo vos dicitis quod
resistere possitis regno domini quod
possidet per filios david. habetisque grandem
populi multitudinem atque vitulos au
reos quos fecit vobis ieroboam in
deos et eiecistis sacerdotes domini filios
filios aaron. atque levitas et fecistis
vobis sacerdotes sicut omnes populi ter
rarum. Quicumque venerit et initia
verit manum suam in tauro et in
bobus et in arietibus vii. fit sacerdos
eorum qui non sunt dii. Noster autem
dominus deus est. quem non relinqui
mus. sacerdotesque ministrant domino
de filiis aaron et levite sunt in ordine
suo. holocausta quoque offerunt domino
per singulos dies. mane et vespere. et thy
miamata iuxta legis preceptum confec
tum et proponuntur panes in mensa
mundissima. Est quoque apud nos can
delabrum aureum et lucerna eius ut
accendantur semper ad vesperam. Nos
quippe custodimus mandata dei nostri
quem vos reliquistis. Ergo in exer
citu nostro dux deus est. et sacerdotes
eius qui clangunt tubis et resonant
contra vos. Filii israel nolite pugnare
contra dominum deum patrum vestro
rum. quia non vobis expedit. Hec illo
loquente ieroboam retro moliebatur
insidias. Cumque ex adverso hostium sta
ret ignorante iuda suo ambiebat ex
ercitu. Respiciensque iudas vidit stare
bellum ex adverso et post tergum et cla
mavit ad dominum. At sacerdotes tubis
canere ceperunt. omnesque viri iuda vo
ciferati sunt. Et ecce illis clamantibus
perterruit deus ieroboam et omnem israel
qui stabat ex adverso. abie et iuda fu
gerunt que filii israel iudam et tradidit
eos deus in manus eorum. percussit ergo
eos abia et populus eius plaga magna
et corruerunt vulnerati ex israel. l. milia
virorum fortium. humiliatique sunt filii
israel in tempore illo et vehementissime con
fortati sunt filii iuda. eo quod sperassent
in domino deo patrum suorum
persecutus est autem abia fugientem ie
roboam et cepit civitates eius bethel
et filias eius et iesana cum filiabus
suis. ephron quoque et filias eius. Nec

... valuit ultra resistere